

303a On a tombstone from Kirkby Thore. Servatur in Lowther Castle.

} vir recumbens in lecto, cyathum manibus tenens; ad mensam astat puer	protome
	FILIA
	CRESC
	IMAC
	NIEB

Descripti ex ectypo, quod A. W. Franks misit.  
A parte laeva initium tituli videtur periisse.

304 Milburne manor (prope Howgill castle) iuxta locum dictum *Green castle*, in castris rotundis quae ibi sunt versus meridiem a *Dunfell*, ara reperta est sic inscripta

DEO SILVANO

Goughs Camden 3 p. 412 nescio unde.

305 Mr. John Wharton told me that you had wryten unto him concerning the inscription on a rock besides *Crawedundaile*, and that he had bene ther, but to small purpose, for that the letters was strang, and partlie burst, defaced and consumed, desired me to go with him with diverse others to reade the same, and so I did, and thus they stand, . . . thus engraven in a hard rock by sides *Crawedundailewaithe*, about the wiche place are yet to be sene fortresses, dytches, trenshes, bulworkes and other thinges necessarie for wars at that tyme; the former part of this inscription is eaten furth by contynuanee of tyme or els thurst out by the rote of a tre that groves in the rock BAINBR. Ad *Crawdundale-waith* inter moles aggestas haec inscriptio in aspera rupe excisa fuit, cuius pars prior vetustate omnino exesa CAMD. ed. V, paulo plenius ed. VI (prope *Blencarn rivulum GRUT.*). Ibi vidit HORSL., qui addit titulos duos inscriptos esse in partibus rupis diversis, quae viderentur decidisse posteaque ita positae esse ut tum iacuisent, litterasque rudes esse, as worked with a common pick or some such tool. — 'There was another inscription (cf. n. 306) on the other part of the rock, which was broken off, but I saw on a piece of the rock which is left this sculpture POCK. Exemplum novicium extabat in *Appleby* in aedibus *Bainbrigg* additis infra litteris his q(uae) s(upra) s(cripta) s(unt) ap(ud) *Crawdundale* HAYTON.

C · VARRONIVS

C SSVS · LEG XX VV.

AEL · LVCANVS.

R · LEG II AVG C...

Reg. *Bainbrigg* in epistula ad *Camdenum* data d. 27 Mart. a. 1600 cod. mus. Brit. Cotton Iulius F. VI f. 319 (inde *Camden* ed. V [1600] p. 688 'descripta a viro erudito *Reginaldo Bainbrigg* gymnasiarcha *Applebeiae*'; *Grut.* 483, 4 'a *Camdeno*'; *Burton itin.* p. 126; *Hutchinson Cumberl.* 1 p. 297; *Nicholson et Burn* 1 p. 371; *Goughs Camden* 3 p. 413); *Horsley* p. 299. *Westmorl.* 4 (inde *Hoare Gyrald. Cambr.* I p. 129. 137 tab. 6, 34 et ego *rhein. Mus.* 11, 1857 p. 12); *Pococke cod. mus. Brit. add. ms.* 15800 f. 33b

1 'The C, which in *Camdens* copy is prefixed to *Varronius* is now scarce discernible' *Horsl.* In *Camd.* ed. V et VI c illud omnino deest. 2 ESSVS *Bainbr.*, *Camd.* ed. V, *Horsl.* qui e formam singularem esse adnotat, ECTVS *Camd.* ed. VI (*Grut.*) et ex. nov. ex emendatione. Videtur potius cognomen latere, quam [mi]ssus. 4 R · LEG · TI · AVGC · f *Bainbr.*, P · LEG · II · AVG C *Camd.* ed. V et VI et ex. novic., ut dedi *Horsl.* Ad c in fine *Camd.* adnotavit 'castrametati sunt, vel aliquid tale'.

Ultimi versus hasce tantum reliquias vidit *Pococke*:

P · G · II AVG CT

306 *Crawdundale-waith*, upon the face of the grand rock HORSL. I went on to *Culgarth* and crossing the heath to the Northeast came to the quarries called *Craudundel* on a riolet, where on the rock I copied this inscription POC.

> LEG II AVG<sup>CS</sup> XXVV

CO

*Horsley* p. 299 *Westmorl.* 5 (inde *rhein. Mus.* 11, 1857 p. 12); *Pococke cod. mus. Brit. add. ms.* 15800 f. 33b qui ita dat

LEG II AV XX VV.

Potest indicari alter titulus *Horsleiano* similis.

307 Saepius mihi in mentem venerat, me nonnullas alias Romanas inscriptiones posse quaerendo investigare, si profundas illas quidem valles et altas arboribus consitas rupes, quae sunt ad *Crawdundailewaith*, diligentius perlustrarem. Res peropportune cedit; nam ecce proxima rupe, quae est ad austrum, hanc mihi inscriptionem literis grandiusculis valde antiquis et fugientibus subministravit. Haec rupe est vicina illi rupi, quae habet inscriptionem de *Varronio*, quam ad te iam pridem misi (n. 305) BAINBR., qui versum hunc in fine exempli novicii tituli n. 305 addidit. Ad tempus (tituli n. 305) designandum hae litterae grandiusculae in vicina rupe supersunt CAMD.

CN · OCT · COT · COSSV ·

*Bainbrigg cod. mus. Brit. Cotton Iulius F VI f. 316* (inde *Grut.* 1179, 10 'a *Cottono*'; *Camden* ed. VI [1607] p. 626; ex *Camd.* ego *rhein. Mus.* 11, 1857 p. 12).

COSSV, ut *Bainbr.*, *Grut.*, COSS *Camden.* *Horsleius* (p. 299) frustra quaesivit recteque adnotat talem consulem vel tales consules nunquam extitisse; tamen non est cur de fraude cogitetur, quanquam male legisse *Bainbriggium* facile concedetur.

[C.] *Varronius* [. . . . o]ssus (miles) leg(ionis) XX V(aleriae) v(ictricis) Ael(ius) *Lucanus* tr(ibunus) leg(ionis) II Aug(ustae) [Gord(ianae)?]

## XXIX. WHITLEY CASTLE prope *Aldstone* (ALIONIſ?).

Accedit *Kirkhaugh*.

Ad confinia *Cumbriae* et *Northumbriae* (illius enim est *Aldstone* oppidum, contra *Whitley* et stationis situs cum *Kirkhaugh* ad *Northumbriam* pertinent) castrorum Romanorum reliquiae the castle dictae prope *Whitley* vicum sitae dudum notae sunt. Adiacent viae Romanae illi, quae a mansionibus comitatus *Eburacensis* et *Westmorlandiae* ad vallum ducebat quamque the *Maidenway* vulgus nominavit. Itinerarium *Antonini* (p. 481, 3) a *Calaco* (supra cap. XXVII) m. p. XVIII distantem habet *Alone* mansionem; notitia (p. 115\* 1 cf. *Böcking* p. 932) tribunum cohortis tertiae *Nerviorum Alione* collocat. Itaque cum titulus ibi repertus (n. 309) eandem illam cohortem tertiam *Nerviorum* nominet, quam una cum eiusdem gentis prima secunda sexta in *Britannia* militasse scimus ex diplomate a. 124 et ex titulis variis, *Alionis* (sive fortasse *Alio*) mansio ibi solet collocari. A *Kendal* ad *Penrith* recto tramite milia Anglica sunt circiter

XXII, a *Penrith* ad *Aldstone* circiter XVI; itaque siquidem *Calacum* probabiliter posuimus prope *Kendal*, statuendum est aut erratum esse in numeris aut itinera illa omnino non recte tradi; sane expectaveris a *Bronacis* (cap. XXVIII) potius ad mansionem prope *Whitley* viam tetendisse. Sed fatendum est talia incerta manere necessario, donec viarum ipsarum vestigia diligentius explorabuntur. Titulum ad *Kirkhaugh* repertum (n. 312) ex *Whitley* eo pervenisse probabile est, non certum.

Auctores titulorum ibi repertorum nobis iam noti sunt plerique BAINBRIGG (n. 310), CAMDENUS (n. 310), HORSLEIUS (n. 310—312); deinde qui de vallo Romano scripserunt WARBURTON (n. 313), HODGSON, BRUCE (n. 308), de quibus infra dicetur accuratius; denique *Archaeologiae* scriptores duo (n. 307). Ipse *Whitley* non adii.